



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1661**

De Tempore sacrificii, Cap. 6

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41878**

rium poterit, & deinde usui priori suo scrupulo reddi.

## CAPUT VI.

## De Tempore Sacrificii.

## §. I.

*Quo die celebrari possit, ubi de Triduo hebdomada Sancta.*

I. **Q**Uocumque die Sacrificium Missæ offerri, licite posse præter feriam sextam hebdomadæ Sanctæ, est Doctrina communis. Quamvis igitur consueta sit praxis, Sabbato Sancto, & die Jovis Sancto, abstinere Sacerdotes à Missa, in signum mœroris ex Christi Domini Passione concepti, tamen, posset a suas quisque celebrare Missas privatas, etiam summo mane,

a Suarez, Fagund De lugo qui eos citat sequiturque de 20. de Euch. sect. 1. num. 8.

mane , etiam in templis publicis, nec solum in Oratoriis privatis. Ratio est, quia pro die Jovis nulla adest prohibitio, & pro Sabbatho Sancto, si quæ fuit, jam abrogata usu etiam timoratorum fuit. Scio à Persico *a* afferri decretum sacre Congregationis disponentis in Cœna Domini, unam tantum esse Missam celebrandam, sed vel dispositio est de Missa solemni, vel certe de ea nondum constat authentice.

2. Incipit autem talis Missa privata Sabbati Sancti, à Chirie eleison exclusis Prophetiis, & Litanis, quæ solum in Missa solenni recitantur; & iis exclusis, *b* obligantur fideles audire, si possunt, quando forte dies Sabbati Sancti sit festivus ex præcepto. In quo casu tam Sabbato, quam die Jovis *c* plures Missæ possent, non obstante

*a* Persic de off. Sacerd. l. 1. d. 6. n. 40.

*b* De lugo de Euch. d. 20 sect. 1. n. 21.

*c* March. de ord. t. 3. p. 3 c. 8. fin.

stante mœrore Passionis Domini  
Ecclesiis offerri, quot scilicet, ad sa-  
tisfaciendum populo, moraliter ne-  
cessariæ judicabuntur. Feria autem  
sexta, id nequaquam potest, quia  
Ecclesia prohibet eo die Missam ce-  
lebrari: nec enim illa, quæ tunc ce-  
lebratur, cum desit consecratio,  
Missæ essentialiter est: unde, nec  
eadem Ecclesia obligat fideles ad  
audiendam Missam, si forte in di-  
ctum diem incidat festum alias de  
præcepto, ut jam sacra Congregatio  
declaravit. *a*

3. Illud hic notandum; in die  
Jovis, & Sabbati Sancti non posse  
fieri sacrum solenne in Ecclesiis,  
seu Oratoriis Confraternitatum,  
nec fieri Sepulchrum cum asserva-  
tione Sanctissimæ Eucharistiæ,  
nisi de licentia Episcopi. Ratio hu-  
jus rei ducitur ex *b* prohibitione  
sacræ rituum Congregationis. Hic

L. Panormi

*a* Apud Gavunt. in Rubr. Miss. p. 4. 2.

9 n. 24. *b* Apud March. de ord. 1. 3 p.  
3. c. 8. n. 6.

Panormi videtur esse tacita aliqua  
licentia, vel consuetudo, passim e-  
nim die Iovis Sancto, ejusmodi sa-  
cularium Societatis in suis Orato-  
riis hæc peragunt.

## §. II.

*An obligetur aliquando Sacerdos Missam  
celebrare*

**H**Uc, ubi agimus de tempore  
Sacrificii, dubitatio hæc  
reduci convenienter potest. Et o-  
bligari quidem sub mortali simpli-  
cem Sacerdotem (nam de Bene-  
ficiatis, aliisque similibus mox)  
saltem ter in anno, docent non-  
nulli, & præcipue in Natali Do-  
mini, Paschate, & Pentecoste. Sa-  
tis esse si, præciso scandalo, semel,  
hoc est, in Paschate, quando est  
obligatio communicandi, alii b pu-  
tant.

a. *Apud Dianam p. 2. tr. 14. res. 19.*

b. *Sauctus Bonaventura in 4. d. 7. art.  
2. q. 21.*

tant. Nihilominus cum aliis a cen-  
seo, Sacerdotem, qui numquam ro-  
to vitæ suæ tempore, sacrificat,  
dummodo in Paschate communi-  
cet, saltem mortaliter non peccatu-  
rum, ex eo præcise, quod non sacri-  
ficet. Ratio est, quia non apparet  
præceptum cum tanto rigore obli-  
gans, ut late habent citati Docto-  
res.

*Parochorum obligatio celebrandi.*

2. **Q**Uoad Parochum, cer-  
tum est b obligari vel  
per se vel per alium curare, ut  
quando ejus parochiani obligan-  
tur audire sacrum, celebretur Mis-  
sa, quia ad hoc recipi stipendium,  
& tale munus acceptant, extra id

L. 2 rem-

a Gabr. Sotus. Caet. Victoria alijque  
apud Fag. 1 Eccl. præc. l. 3. c. 15. n. 1. Adde  
Delugo de Euch. d. 20. sec. 1 n. 2. vide e-  
tiam Suar. de Sacr. d. 80. sect. 1 §. Hac res,  
& Narch. de ord. t. 3. p. 2. c. 36.

b Coninch. de Sacr. q. 83. art. 2. d. 1. n. 1.  
302. Conc. Trid. sess. 2. c. 14.

tempus, ablata legitima consuetudine vel lege, vel pacto, non *a* sunt obligandi parochi ad sacrificandum, quia tale præceptum, in jure non adest. In Natali Domini, sicuti uni Missæ obligantur interesse Fideles, sic, & unam celebrare, quantum est ex hoc capite tenebitur *b* Parochus.

Denique an idem teneatur applicare aliquam Missam pro suis ovibus, vide infra l. 2. c. 2. §. 16.

*Capellani, & Beneficiati obligatio celebrandi, remissivè.*

1. **I**am Capellaniam, vel Beneficium habentes certum est obligari ad eas Missas eo tempore celebrandas, quas juxta Fundationem, vel pactum debent: Sed de hac materia sparsim, multa, libro tertio, differemus.

*Obligatio*

*a* March. de ord. tr. 3 p. 2. c. 30. n. 3.

*b* Fagund. 1. Eccles. præcept. c. 163 num. 2.

*Obligatio celebrandi quoad Ecclesias  
Collegiatas.*

1. **I**N Ecclesiis Collegiatis Cathedralibus, Conventualibus, ubi competens est Sacerdotum numerus, solet Primo quotidie, saltem, una Missa privata celebrari. Solet Secundo altera cantari, quæ dicitur Conventualis, seu solennis.

Dico, quamvis aliqua in Rectoribus ejusmodi Ecclesiarum, mortale peccatum agnoscant, si aliquo die in hoc deficient, tamen probabile est, b (præscindendo ab aliqua peculiari talis Ecclesiæ obligatione) Missam sive privatam, sive solennem semel, vel bis omittere in hebdomada, non esse saltem

L 3

mor-

a March de ord. et 3 p. 2. c. 30 à num. 5. citans. Syar & Fagund. Coninch. de Euch q. 8 art. 2. d. 1 n. 203 Laym. l. 5. t. 5. c. 4. n. 5 b Victoria in Summa de Euch. n. 94.

mortale. Ratio est, quia nullus est obligandus sub culpa lethali, nisi manifeste constet de præcepto obligante, ac non apparet tale præceptum, nec quod tantum onus susceptum fuerit à Collegiatis, eo ipso, quod collegiatae sint.

§ Dices cum adversariis, omittere talem Missam, fore Primo scandalum. Secundo contra consuetudinem Ecclesiarum. Tertio contra *Cap: cum Creatura, de celebratione Missarum.*

Respondeo ad primum, non fore ad summum, nisi meram populi admirationem. Ad secundum, hanc non esse consuetudinem acceptam sub mortali, quia de hac non constat. Ad Tertium, nego colligi præceptum grave, ex dicto capitulo, quod, hic exscriptum, jam profero.

Cum

a March. *ibid. num 1. Su 17. de legibus lib. 7. cap. 15. Meratus apud Dianam p. 4 tr. 3. ref. 58.*

*Cum Creatura non habeat quid pro meritis respondeat Creatori, &c. & infra: Mandamus, quatenus nullum in vos torporem negligentia obrepere permit- tatis, quo minus & pro anniversariis defunctorum, & pro festo, vel feria, secundum temporum congruentiam Mis- sarum solemniter, conventualiter cele- bretis. Hæc Canon. Ubi nota, Pri- mo illud: Mandamus quod ex ali- quibus a bonis Doctoribus non no- tat præceptum sub mortali. Nota se- cundo illud secundum temporum con- gruentiam, & illud Torporem quæ so- lum notant moveri Prælatum, ut si- ne torpore, temporum officia, & Missæ, juxta Rubricas, non omit- tantur: non igitur novum præcep- tum afferunt.*

*Nota Tertio, aliquos b Canoni- stas immerito ex hoc textu collige- re, semper in diebus Ecclesius, etiam in festis, dicendas necessario esse.*

*L. 4. & duas  
a Azor. p. p. l. s. c. 6. q. 5. Sà genuinus  
V. lex n. 6. expurgatus n. 5. b Abb. in d.  
c. cum creatura, §. Item nova.*

duas Missas, alteram de defunctis, alteram de festo, vel feria occurrenti, nō dicantur, peccari mortaliter à Prælato; Immerito, a inquam, siquidem Canon, solum, contendit, ut Anniversaria non omittantur, juxta cujuscumque Ecclesiæ obligationem, & in tali die Anniversarii, prætextu Missæ celebratæ pro defunctis, non negligatur alia Missa de festo, vel feria, juxta temporum congruentiam celebranda. Ceterum nequam præcipit, ut semper singulis diebus celebretur Missa defunctorum, inconueniens esset in Paschate v. g. defunctorum Missam celebrari.

*Obligatio celebrandi Missam, de feria privilegiata.*

**M**issam solennem de feria privilegiata (quales dumtaxat

*a Fillinc t. 1. tr. 5. c. 4. n. 104 sine. Co-  
ninch. de Euc. q. 83 art. 2. dub. 1. n. 204.*



brica has duas Missas, nempe currentis Festi, & feriæ privilegiatæ, iungens, præceptum (ut alia interrim taceam) non denotat, ait enim *Cantantur* seu *dicuntur* dua Missæ; Quæ non sunt verba imperativa. Immo etiam si diceret, *Cantentur*, non statim probaretur præceptum sub mortali, nam verba imperativa non semper præceptum grave important.

8 Ad Secundam quæstionem, negant aliqui *b* Ecclesias Regularium dictas teneri, etiam si tenerentur aliæ Collegiatæ, quia putant horum Ecclesias non esse Collegiatas. Affirmant aliqui, *c* quia è contra censet vere Collegiatas esse. Utrumque probabile.

9 Ex eo autem, quod probabiliter ejusmodi Ecclesiæ Regularium non sint Collegiatæ, sequitur

a *Castrop t 1 de leg d p 9.* b *Rodr. e 1. q. Reg. 43. art. 12. Peyrin. t 3. in Add c. 1. an. 19.* c *Portell. l. in Dub. Reg V. Missa n. 7.*

tur a nec teneri ad celebrandam quotidie, saltem, unam Missam privatam, quantum est ex hoc capite, neque ad Missam Conventualem. Adde, & ea, quæ de Collegiatis in universum dicta sunt n. 3,

## §. III.

*Quando licet plures Missas, eodem die, celebrare.*

**I** **A** Pud antiquiores *b* invenio casus omnino novem, in quibus pluries, eodem die, celebrare fas est.

Primo in Natali Domini, & quidem ter Valentia, die secundo Novembris, bis celebrant, ex indulto Pontificis.

Secundo, quando, quis præest duabus Ecclesiis, & nibis, in die,

L 6 facri-

a *Victoria Summa de Euch n. 94.*

b *Lege Coninch d. 83 de Euchar. 2. d. 3. n. 213* b *Delugo de Euchar. d. 20. sec. 2. n. 43 fine.*

sacrificet, sacro careret alterutra. Idem esset *a* ubi rari sunt admodum Sacerdotes, ut in Anglia. Hibernia; & nonnullis partibus Germaniæ, & in Indiis (adde, & Tuneti, & in tota Africa; & in regionibus quibuscunque infidelium, in simili necessitate Christianorum ibi forte degentium) quilibet enim Sacerdos, quamvis non sit Parochus, poterit ibi, requirente necessitate, pluries celebrare in die, etiam nulla petita licentia ab Episcopo, forte ibi, præsentem, vel vicinam; quia ubi jus *b* commune facultatem concedit, ab alio expectanda nequaquam est.

Tertio, quando alias infirmus decederet sine viatico.

Quarto, quando, factum sacro, supervenit Episcopus, vel Princeps volens, etiam die non festivo, interesse sacro; nec sit alius qui celebrare possit.

Quinto;

*a* Fagund. 1. Eccl. præcept. l. 3. c. 16. n. 5.

*b* C. consulvisti de celebr. Miss.

Quinto; si die festivo superveniat multitudo Peregrinorum, celebrato jam sacro. Huc reducitur ille casus, quando in dedicatione Ecclesiæ, propter multitudinem populi magna ejus pars, nisi quis iterum celebraret, sine sacro remaneret.

Sexto, quando celebrata jam Missa, superveniret defunctus sepeliendus, in eo loco, ubi Defuncti, sine Missa, sepeliri non solent.

Septimo; quando; eodem die occurrunt duæ Missæ celebrandæ, altera de festo v. g. altera de feria privilegiata, & unus tantum adest Sacerdos.

Octavo, quando Missa esset necessaria, ad benedicendas nuptias.

Nono, quando aliqua alia necessitas judicio prudentis iteratam ejusdem Sacerdotis Missam exposceret.

2. Hi novem casus, ut dicebam, assignantur ab antiquis, qui tamen

universi à Recentioribus, à meri-  
to, non admittuntur. Dico igitur  
solum tres primos casus esse appro-  
bandos. Ratio præcipua est, quia  
in aliis casibus nulla sufficiens ne-  
cessitas apparet: Ille enim Episco-  
pus, vel multitudo, vel defunctus,  
vel sponsus, vel duplex Missa cur-  
rens non afferunt obligationem ad  
Missam, quando hæc haberi non  
potest, vel debito modo celebrari  
non valet. Adde jam ipsam Eccle-  
siarum omnium consuetudinem,  
nunc, ostendere, non nisi tres ca-  
sus priores necessitatem, seu facul-  
tatem sufficientem ad plures Mis-  
sas, afferre. Imo Vasquez *b* solos  
duos primos casus approbans, non  
admittit tertium, quia non putat  
esse tantam necessitatem infirmo  
dare Viaricum, ut vincat præce-  
ptum de celebrando, semel in die:  
sed,

*a* Coninch loc cit Fagund loc, cit. c. 15.  
Suar de Sacr. d. 80 sect. 3. aliq. Vasq. de  
Sacr. d. 232. c. 3. n. 50.

*b* Vasqu. loc. cit.

sed, certe probabile etiam iudico,  
quod vincat.

3. Porro duo sunt noranda. Pri-  
mo hæc intelligenda esse, dum mo-  
do Sacerdos iterum celebraturus,  
sit & jejunus; quare debuit is non  
sumpsisse purificationem, & ablu-  
tionem, si iterum in prædictis casi-  
bus sacrificare velit.

Ex quo colligunt nonnulli, ca-  
sum illum tertium de Infirmo alias  
sine viatico morituro, nisi quis ite-  
rum, eodem die, sacrificet, esse ca-  
sum metaphysicum. Nam si Sacer-  
dos novit mortem imminem in-  
firmi, poterit, immo debet *b* re-  
servare de sua Hostia, qua infir-  
mum communicet, si aliunde alia  
Hostia, non suppetat: si vero non  
novit, jam sumet abluionem soli-  
tam, & sic non erit Jejunus, ut  
po sit iterum celebrare. Solum  
igitur casus habebit locum, si  
| forte

*a* *Idem & passim Doctores.*

*b* *In nostro opusc. De Communione ex-  
pediendâ c. 6. §. 6.*

forte Sacerdos sciat infirmi necessitatem in illo temporis momento, accepto calice, ante ablutionem; qui certe, ut dictum est, erit casus metaphysicus, & rarissimus.

Dico tamen, non ita esse, sunt enim duæ sententiæ, de quibus alibi *a* diximus, quarum altera docet, non licere non jejunum celebrare, ad dandum viaticum, & in hac sententia fateor, casum esse metaphysicum. Altera docet licere, & tunc poterit casus facile contingere: cognita enim moribundi necessitate etiam post ablutionem assumptam, poterit Sacerdos, secundum hanc opinionem, quæ certe probabilis est, iterum celebrare.

4. Secundo norandum est: sicuti bis celebrare in prædictis necessitatibus id indulgetur, ita pluries, *b* si sufficiens, ad plures Missas, necessitas adsit. Ratio est, quia si necessitas dat facultatem ad secundam,

*a* *Ibid.* c. 2. §. 8. n. 32. *b* *Coninch.* de *Euch.* q. 8. 3. art. 2. dub. 3. n. 214. *fine.*

dam, cur similis necessitas non dabit ad tertiam & sic deinceps?

5. Fagundez *a* contra hanc Doctrinam sic habet. *Sacerdos bis, requirente necessitate, celebrare in die poterit, non pluries, quia ius in c. Consulisti de Celebratione Missarum solum bis in die concedit in necessitate, celebrare jejunis.* Hæc Fagundez, qui, certe, nescio, unde, pro se, potuit talem textum afferre. Ecce integrum Capitulum, quod est Innocentii 3. *Consulisti & infra. Respondemus, quod, excepto die. Nativitatis Dominica, nisi causa necessitatis suadeat, sufficit Sacerdoti semel in die unam Missam solummodo celebrare.* Hæc & nihil præterea textus.

6. Petes. In nocte Natalis, potestne Sacerdos, semel communicare extra Missam & deinde celebrare alias duas, vel contra? Respondedo, non posse, *b* quia privilegium

*a* Fagund 1. Eccl præc. l. 3. c. 16. n. 5.

*b* Delugo de Euchar. disp. 20. sect. 1. nu.

gium est solum de ter celebrando, non vero de communicando. Hinc infert Delugo, *a* Cardinalem Diaconum Sacerdotem, qui, ut moris est, communicat prædicta nocte in Missa Pontificia, non posse, deinde, appetente die, celebrare.

## §. IV.

*Qua hora celebrari possit.*

**1** *H*ora celebrandi est ab Aurora *b* ad meridiem. Porro, cum uterque hic terminus suas proprias difficultates habeat, de eis sigillatim differemus.

*Quoad Auroram.*

**2** *C*ommunis doctrina est nomine Auroræ hic, ubi non physice, sed *c* moraliter res perpen-

*a* Ibid. *b* Pius V. in Rubr. Miss.

*c* Ex sacra Congr. apud Gavant. in Rubrica Miss. pag. 1. t. 15. numer. 1. lit. Y.

pendenda est, intelligi horam cum dimidia ante ortum Solis in nostro Hemisphærio: hoc est, horam cum dimidia, antequam ipsum Corpus Solare nostris oculis appareat.

Et quia, ex probabili opinione, satis est, si Missa absolvatur in Aurora; ideo probabile fit, quod possit incipere, duabus, plus minus, horis, ante prædictum Solis ortum; nam sic ejus finis cadet circa initium Auroræ.

3. Excipe diem Natalis Domini, quando, immediatè post mediam noctem, possunt, non solum una, sed ex probabilissima *b* opinione, omnes tres solitæ Missæ à Sacerdotibus celebrari.

4. Excipe

*a* Suarez. alique apud Delugo d. 20 de Euchar. sect. 1. n. 32. ubi rejicitur Vasq. contrarium sentiens.

*b* Suarez, Vasq. quos citat, & contra Fagund. & Nugnum sequitur Delugo loc. cit.

4. Excipe item casum necessitatis dandi viaticum. Infirmo, & non adfir parata Sacra Eucharistia, tunc enim poterit, etiam, non a petita licentia ab Ordinario, Missa celebrari statim, post mediam noctem. Excipe rursus, quando alicubi sit legitima consuetudo anticipandi Auroram: nam propterea Layman <sup>b</sup> approbat praxim Belgii, & quorundam locorum Galliar, & Germaniar, ubi, tribus, vel quatuor, ante Solis ortum celebratur; quæ consuetudo, merito, introducta est, ut scilicet operarii audiant Missam, antequam eant ad opera, cum enim ibi, Sol sero oriarur, multo ante ejus ortum ad negotia iri solet.

5. Excipe denique Mendicantes, eorumque privilegia participantēs:

<sup>a</sup> Layman l. 5. tr. 5. c. 4. n. 3. aliique apud Dian p. 2. tr. 14. ref. 33.

<sup>b</sup> Idem ib. & Coninch. Fagund. Navarr. apud Marchinum de ord. tract. 3. p. 3. cap. 7. num. 2.

pantes: ii enim saltem ob privilegium concessum *a* à Gregorio 13. possunt incipere Missam tribus horis ante ortum Solis; pro duabus enim horis utuntur jure communi, pro tertia *b* utuntur privilegio, quo ipsis, dum à suis Generalibus non prohibentur unam horam anticipare, ex rationabili causa, & in Societate Jesu, ex licentia Superioris, posse conceditur.

6. Iisdem tribus horis, Episcopos Missam anticipare posse, itineris, vel simili causa, admittunt passim Doctores *c* cum Delugo l. c. n. 27. Immo ipsos, ut etiam Provinciales, & Superiores locales suis subditis eandem licentiam, ex causa, concedere, vi suæ ordinariæ potestatis, quam habent dispensandi

cum

*a* Gregor. 13. in Privil. Societatis Jesu.

*Quanta in vinea Domini.*

*b* Suarez aliq. cum Delugo de Euchar

*d* 20 sec 1. num. 32 Rodriq. in comp re-  
sol. 3 nu. 1. *c* In Comp. privil. Sec. I. v.  
Missæ §. 3.

cum suis, etiam posse, a non ambigō.

7 Notat vero b Suarez Episcopus (adde, & Prelatos Regulares) posse solum in particulari casu, & ut dictum est, ex causa in re hac dispensare, at non concedendo privilegium generale. Ratio est, qui concedere privilegia generalia proprium est Summi Pontificis, non vero aliorum.

Quanta debet esse causa, vide infra in simili n. 25.

*Tria Privilegia Mendicantium celebrantur di multo ante Auroram.*

8 **A**dsunt & alia privilegia ampliora. prædicto. Primum est c ejusdem Gregorii 13. qui

a Suarez 4. to de Relig. tract. 8. Lib. 12. n. 18. juncto cap. 13. Rodriguez comp. res. 25. n. 3 b Suarez de Sacra. sect. 4. §. sed quares. primo

c Apud Portell in dub. Regul. 2. M. 1. n. 3.

concessit Congregationi S. Justinae, & consequenter Mendicantibus, & Participantibus cum ipsis, ut ejus Religiosi, dum sunt in itinere, possint celebrare inter Auroram, & mediam noctem

Hoc privilegium ex eo, quod sit vivæ vocis oraculo, an sit revocatum sicut & alia vivæ vocis oracula ab Urbano VIII. nobis non est otium disputandi. Vide Peyrinum, *a*

9 Notat autem Portella, *b* eo die, quo Religiosi debent arripere iter, non posse illo frui, si quidem nondum sunt in itinere, utantur ergo, tunc, alis privilegiis, de quibus mox. At profecto, qui est in procinctu itinerandi, posset, mea sententia, dici esse in itinere.

10 Secun-

*a* Peyrin t. 3 in const. Urbani VIII. c. 12 num. 1 *fixe* Vide etiam Lezzanam *et* Sanctorum Malphi apud Dianam p. 8 tr. 7 miscell. ref 58. *et* novissime Pellizarium negantem esse revocata in Manual. Log t. 2. in prafat Typographi ad Lect. Portell. l. 6. ib.

10. Secundum privilegium est Alexandri VI. qui propter multitudinem confluentium concessit per Bullam *a* Monachis Sancti Benedicti, ut possent celebrare Missas in Ecclesia sui Monasterii (*in suo Monasterio habet Rodrig. b sed vere Bulla habet, in Ecclesia sui Monasterii*) duabus horis, immediate post mediam noctem.

11. Notat autem Delugo dictum privilegium communicari aliis religiosis participantibus quamvis pro iis non sit dicta causa, multitudinis confluentis. Ratio brevis est; quia Pius IV. concessit Ordini S. Hieronymi, atque adeo ceteris ferè Religiosis, qui jam communicant in privilegiis, ut privilegia extenderentur ex uno Conventu ad alium quamvis, non existente eadem, sed alia causa: at

*a* Apud Rodr. in Comp. ref. 25. n. 1. *b* Delug. de Euc. d. 2. sect. 1. n. 27. *b* Rodrig. in Comp. ibid. *c* Delug. dict. n. 7.

talis est causa itineris, infirmitatis,  
& similis

12 Addit idem Delugo non posse quempiam uti hac concessione, nisi in Ecclesia, ut habet privilegium, non vero, ut habet Rodriq. in Monasterio. Sed non deest pro Rodriquez defensio, nam nomine Ecclesie veniunt etiam Religiosorum claustra, ut ex sacris & textibus, & Glossa, *b* notat Laurentius de Peyrinis. *c* Utrumque igitur est probabile.

13 Tertium privilegium est concessum *d* a Leone X. vivæ vocis oraculo, in quo absolute, conceditur, posse de licentia Superiorum (quorum conscientis ait se remittere Pontifex) Fratres Minores, & con-

M se-

*a* C. Abb §. Hac autem dist § 4. sc. Alma Mater de sent. excom in 6.

*b* Alma Mater v. Monast.

*c* Peyr. to 5. in const Pyrrii n. 31.

*d* Apud Portell in dub reg. v. Missan. 4. & in Add. ib. n. 5 & Rodriq n Comp. ref 25. n. 2.

sequenter participantes cum ipsis, celebrare, illico, post Matutinum, praesertim quando audienda est Missa de praepcepto, & Fratres veniunt de via.

14. Notat autem uterque Rodriguez, *a* id intelligi, ita, ut possint ii celebrare, post mediam noctem, ante finitum Matutinum, immo etiam non recitato ab ipsis Matutino, quia jam probabilis est sententia Soti non obligare matutinalem recitationem, ante Missam.

15. Notat insuper Portella *b* quod illa particula (*praesertim*) non excludit alios casus; haec enim, cum sit particula implicativa, implicat, seu notat idem esse in aliis casibus, licet in illo, in quem ipsa particula cadit, militet major ratio, ut cum multis probat Sanchez *c*  
Sensus

*a* *Rodr. in Comp. res. 25. n. 3. Aliter in quas. Reg. 1. 1 q. 43 art. 3.*

*b* *Portell loc. cit. in add. n. 6.*

*c* *Sanchez de matr. d. 39 n. 6*

Sensus igitur est, posse religiosos illos in ceteris casibus statim post mediam noctem celebrare, sed multo magis ratione præcepti & itineris.

16 At revocata ne sunt hæc tria privilegia. Primo à Concil. Tridentino. Secundo à quadam Declaratione b Sacræ Congregationis? Dico Primo contra Fagundez, c & Peyrinum d non esse revocata à Tridentino Ratio est, quia Tridentinum imponit solum Episcopis ut remedia adhibeant, si quæ sunt necessaria in celebrandis Missis, certum ubi Episcopi non repugnant, non est, cur Religiosi à suis privilegiis dimoveantur. Scio Peyrinum citatum afferre rationes contra nos, sed eæ, si recte expendantur, facile à quolibet mediocriter docto dissolvi possunt,

M 2 nobis.

a *Trid. sess. 22. decreto observ. &c.*

b *Apud Loæz p. 1. c. 21. n. 2.*

c *Fag.) ab eodem cit*

d *Peyr. p. t. incong. Pyrrhi n. 19.*

nobiscum sentit Delugo & loquens de secundo privilegio allato numero 10.

17. Dico rursus nec revocata esse à Declaratione prædicta. Ratio pro modo illa sufficit, quia de hac, nondum constat authentice.

18. Denique moneo his tribus privilegiis uti non posse Patres Societatis, quia nondum eorum P. Generalis ea ipsis communicavit; quo tamen impedimentum alios Religiosos laborare nequaquam solere insinuavimus alibi.

*Quoad Meridiem.*

19. **T**erminus; ultra quem celebrari Missam non licet, est *b* Meridies moraliter acceptus, Satis est tamen, ad evitandum omnem

*a Delugo de Euch. d. 26. sect. 1. n. 20. Citans. Ioannem Salas Rodriq. multosque Theologos Salmanticenses.*

*b. Pius V. in Rubr. Miss.*

nem culpam, si Missa inchoetur *a* ante meridiem, vel in ipso meridie, licet absolvatur postea.

Quod si absque ulla causa, inchoetur, vel post tertiam *b* partem horæ à meridiem, vel post mediam *c* horam, vel post tres *d* quadrantes, seu post non integram horam *e* plus minusve, peccabitur, sed non nisi venialiter, propter parvitatem materiæ: cum causa, nil peccabitur, *f* quia causa vincit defectum, illum, alias, venialem. Scio Navarrum *g* docere, etiam hodie, licite, celebrari posse, usque ad horam tertiam post meridiem, ut olim licebat, quia nullibi est ablata, (inquit) talis facultas, cui sententiæ

M 3

favet

*a* Vasquez de Euchar. d. 232. cap. 4. n.

37. *b* Azor p. 1 lib. 10. cap. 25 q. 6.

*c* Laym. l. 5. tr. 5. c. 4. n. 4. *d* Bonacini. de Euch. d. 4. q. ult. p. 9. n. 6.

*e* Idem ib. & Silv. apud Dian. p. 2. r.

14. res. 24. *f* Colligo ex Delugo d. 20.

de Euch. sec. 1. n. 41. *g* Navarr. in Manual. c. 25. n. 6.

faver *a* S<sup>a</sup>, quatenus, ob iter facien-  
dum, idem concedit. Sed contra-  
dicit communis *b* Theologorum  
sententia, consuetudo à Summo  
Pontifice *c* approbata, & censura  
Prelatorum, qui id facientes puni-  
rent, Concinitque Tridentinum  
dum præcipit, ne Sacerdotes alius  
quam debitis (*id est*, *ut explicat Lay-*  
*man, d in Ecclesia communiter consuetis*)  
horis celebrent.

20 Illud cum Vasquez, *e* & aliis,  
plane concedimus, in magna festi-  
vitate, absoluta tardius concione in  
Ecclesia, mane exhibita, vel funere  
Principis, vel solenni ordinatione,  
vel simili, posse Missas privatas, e-  
tiam tardius, hoc est, usque ad ho-  
ram tertiam post meridiem, cele-  
brari, ne Missa populus defraude-  
tur.

21 Sa-

*a* S<sup>a</sup> v. Miss n 27. in impressi genui-  
na. *b* Delugol. *c* Laym loc. cit.

*c* Pius V in Rubr. Missalis.

*d* Laym loc. cit. *e* Vasq de Euch. d. 2.  
2. c. 4 n. 37.

21. Sacerdotem quemlibet ad dandum viaticum infirmo, atque Episcopum, itineris, vel simili causa, posse, una integra hora, postponere, à meridie, ut etiam eundem Episcopum posse ex causa similem facultatem suis subditis impertire, omnes *a* concedunt juxta ea, quæ in simili diximus supra num. 6. & 7. Idem posse Provinciale, & Superiorem localem. (*etiam Provinciale presente, quia adhuc Superior localis in sua ordinaria potestate persistit*) *b* respectu suorum subditorum, ut ibidem diximus, certum est. Ad dandum viaticum posse celebrari usque ad tertiam horam post meridiem, sequendo tunc opinionem Navarri num. 19. dictam, concedit Vasquez. *c*

M 4 22. 11-

*a* Apud Delugo de Euch. d. 20. sec. 1. num. 42

*b* Colligo ex Suarez 4. t. de Relig. tr. 8. lib. 2. c. 12. n. 8. juncto c. 13. à num. 12.

*c* Vasquez de Euch. d. 233. cap. 4. n. 41. sine.

22. Illud item amplectimur, Mendicantes, participantesque cum illis, quia habent privilegium postponendi ex causa Missam per horam *a* à meridie; posse incipere post horam integram, quia pro his privilegium debet esse utile: Si ergo alii possunt, ex dictis num. 19. post non integram horam, Missam incipere; ex causa; ipsi poterunt, ex eadem causa, aliquanto plus atque adeo post integram horam. Nota tamen in Societate Iesu debere esse cum licentia Superioris, saltem localis, juxta restrictionem illis factam *b* a R. P. Generali.

23. Immò quemlibet Sacerdotem ex justa v. g. itineris, vel simili causa posse in die festo Missam incipere post integram horam à meridie docent plerique, *c* itaque, ex consuetudine, observari testantur.

In

*a* In Comp. privil. Societ. Iesu V. Miss.  
 3. *b* Ibidem. *c* Henric. Suar Mirand.  
 Rodr quos citat sequiturque Laym. l. 5. n. 4.

In qua opinione dicendum erit, privilegium modo dictum Mendicantibus concessum, non ad diem festum dumtaxat (id enim cum causa, habent omnes) sed ad alios dies non festivos se extenderet.

*De Privilegio Mendicantium postponendi  
Missam usque ad tertiam horam  
à meridie.*

24. **C**oncessit Eugenius, IV. per Bullam, Congregationi Sanctæ Iustitiæ, & consequenter aliis participantibus, ut licite possint celebrare in itinere, vel ex causa justa, usque ad Nonam inclusive: *Hujusmodi Congregationis (ait Pontifex) Sacerdotes in itinere constituti, aut alias ad hoc causa subsistente, ante diem & usque ad Nonam inclusive, ut celebrare valeant, tenore presentium duximus concedendum.*

Hoc privilegium non esse revocatum

*apud Bullar Rodriq Bulla: I. Eug.*

IV.

catum à Tridentino, constat ex iis, quæ diximus num 16. nec eo tamen uti posse Patres Societatis Jesu, nisi eis P. Generalis illud communicet, nimis sæpe, per occasionem, diximus item in Superioribus.

25. Justam autem causam judico quodlibet impedimentum, quo quis propter rationem alicujus momenti non potest antea Missam incipere Dico (alicujus momenti) siquidem non sufficit, solum, ut commodius, celebres: nec ex eo, quod tardius è lecto per segnitiam exsurrexeris, nec ut stitem, cum ea non indigeas, lucrari valeas, &c è contra sufficiet (præter iter faciendum) infirma valetudo, quo tardius cogaris è lecto, vel è lecto exire: studium necessarium ad concionem, vel simile, si post Missam illi studio vacare non possis, negotium alicujus momenti, quod differri non potest: multitudo confessionum, si post Missam illis satisfacere non valeas: imò & con-

fessio

fessio incepta, quam ægre differre  
 pœnitens ferat; & eleemosyna, qua  
 ad victum indigeas, & his non absi-  
 milia potius morali iudicio, quam  
 certa regula definienda. Semper er-  
 go præ oculis habendum erit, debe-  
 re intercedere aliquam necessita-  
 tem, nec quidem maximam, cum si-  
 mus in privilegiis, quæ in nullius  
 sunt præiudicio: nec vero modi-  
 cam, cum simus in re non levi.

16. Denique decernamus quota  
 nam hora intelligatur nomine No-  
 næ. Francolinus & rem exacte per-  
 pendens, docet esse variam, secun-  
 dum varia anni tempora, nec esse  
 semper tribus horis post meridiem,  
 ut aliqui universaliter affirmant.  
 Docet ergo in Æquinoctio, hoc  
 est die 24. Septembris, & die 21.  
 Martii Nonam esse quidem tribus  
 horis post meridiem: at in Solsti-  
 tio hyemali hoc est 22. Decembris  
 Nonam, esse duabus horis cura  
 qua-

a Francolinus apud Delugo *disp. de*  
*Euch. 20. sect. 1. n. 42.*

quadrante post meridiem : in Sol-  
stitio autem æstivo, hoc est 22. Ju-  
nii, esse tribus horis cum tribus  
quadrantibus. Ratio hujus varie-  
tatis ducitur ex eo, quia hæc di-  
stinctio diei per Primam, Tertiam,  
Sextam, Nonam fit juxta brevita-  
tem, vel longitudinem diei, qui  
longior est æstate, quam hyeme,  
& consequenter. Prima v. g. lon-  
gius protrahitur æstate quam hye-  
me, & sic de ceteris. Durat autem  
hora Nona (quæ facit ad nos) dimi-  
diam partem temporis, quod fluit  
à puncto meridiei, usque ad verum  
occasum Solis, quare si meridies  
verb. g. sit hodie decima octava  
hora diei, durabit Nona per tres  
horas hoc est, usque ad horam vi-  
gesimam primam hujus, ejusdem  
diei.

27. Sed quæ est singulis diebus  
anni ad nostrum. Horologium Ita-  
licum talis hora.

Subscribam hic horam ejusmo-  
di Nonam, pro dictis diebus dicto-  
rum

rum quatuor Mensium, juxta Meridiam Panormitanam in Sicilia, ad gradus altitudinis poli 38. ex quibus ceteri, plus, minusve, distantes, facile, colligi à quoquam poterunt.

28. In Æquinoctio verno hoc est 21. Martii, Meridies Panormi est hora 18. Nona ergo, ex dictis numer. 26. durat usque ad horam 21.

29. In Solstitio æstivo, hoc est 22. Junii, Meridies ibid. est hora 16. m. 41. Nona ergo, ex dictis numer. 26. durat, usque ad horam 20. m. 26.

30. In Æquinoctio autumnali, hoc est 24. Septembris, meridies, ibidem est hora 18. Nona ergo, ex dictis numer. 26. durat usque ad horam 21.

In Solstitio hyemali, hoc est 22. Decembris, meridies ibid. est hora 19. m. 19. Nona ergo, ex dictis numer. 26. durat usque ad horam 21. m. 34.

N

Dices,

Dices , fore scandalum tam sero  
Missam celebrare. Respondeo , posse  
huic occurrere , si explicetur , quando  
opus fuerit , astantibus privilegium :  
quod si , explicatione non obstante  
perseverabit quis in scandalo , scan-  
dalum erit passivum , quod vitare ne-  
quaquam obligamur.

## CAPVT VII.

Expediuntur quædam faciliora  
pertinentia ad Sacerdo-  
tem antequam ce-  
lebrat.

## §. 1.

*Preces ante Missam.*

1 **L**icet sanum Consilium sit  
ante Missam ( idem , ut hac  
occasione dicam , est , post Mis-  
sam ) preces Deo offerre , & præ-  
sertim illos Psalmos recitare , &  
Oia-